

honorum operum agnosceremus: ita visum est D. Beza capita
 illa dictare. Mea enim illa tantum sunt, quae de Huberi contro-
 versia sunt scripta. Quam autem religiosam operam in S. Bibliis
 illustrandis Eulesia probavit, et multi pii tibi gratiam se debere
 intelligant, est cur tibi gratularis vastatoris Ecclesiarum tyco-
 phanticum praesudicium, quia illud tibi laudi summa est. Thesey
 tuas de contradictione cum fructu percurri, majore cum fructu
 eas relectury. Piscatorem dicit causa illa sua proposuisse mihi
 libenter persuasissimam. Benedicat deus vita tua et studiis.
 bene vive et vale, vir animo meo charissime: et mea
 solidiora aequi bonis, facito. Basilea 13. Octobris 1588.

in ypaqu
 Theologo doctissimo D. Davidi Saro Tuus J. Gryneus
 Amico meo honorando
 Heidelbergam.

Excellentissime et Clariss. Dne. Doctor, Dne et Amice honorande.
 Magna et recondita quaedam est in lib: tuis, quos ego quidem vi-
 dere huc usq, potui, Philosophiae et Medicinae, quam Theoricam
 vocant, scientia. Aliquot virorum praestantium lucubratio-
 nes his paucis annis non paucis prodierunt, verum ego singe-
 nue dico / si tuam aliquam totius philosophiae in sua membra
 suo ordine et scita methodo / si cupis ipsius etiam praetarg es
 artifex / digestam et compactam aliquam conspicere formam
 possem, alius aliorum omnium commentariis longe antepone-
 rem. Hoc certe corpus, nisi vehementer fallor, sed non fallor,
 mirabiles sui amores, ut de virtute, nescio quis scripsit, exci-
 taret in eorum animis, quibus vera Philosophia cordi est, quibus
 non magis auctoritate quam rationibus commoventur, qui
 tamen et sunt hodie et fuerunt omnibus temporibus paucissi-
 mi. Pleriq, alii scriptores et nostra haec et superiore aetate,
 vel non queunt viribus ingenii destituti, vel non audent
 metu quodam magni illius tyranni, consuetudinis, prohibiti
 altius evolare; sed ut infantes quasi quidam iis contenti
 cibis sunt, qui eis a nutricibus ingerunt, quo fit, ut plerunq,

981

plus saliva quam veri alimenti deglutiant; quis est, ut veteres
omittam, hodie, qui alia prope quam hinc nutrimentum facerent quam
mansa quaedam omnino? Ex alijs describunt parum solliciti,
quam vera sint, quam natura rei, de qua agitur, consenta-
nea? Tu unquam propter paucos quosdam ausus es in ipsa adyta
penetrare, sed multa premis; suspensus pede te ingredientem
animadverto, dum tuum triumphum, multo etiam magis, dum
tuos in Arnaldo commentarios evolvo, in quibus sit conu. in Hipp.
de natura humana tuorum mentis, rescio an publicè extant,
non dubito in illo Philosophia Aristotelica forte te multa eru-
isse, quae alij non viderunt, et alias scaturigines longe purio-
res aperuisse, ex quibus utinam ego huius aquae nitidioris atque
adeo salubrioris sitientissimus, aliquando hauriam, et me totum
proluam. Quod futurum beneficio tuo, valde confido: et adhi-
at, obnixè te oro. Dandus doctiss. Vir in Physiis suis (Hugli-
anis, conatus est id, quod ante eum nemo, ut opinor. De ejs-
dem labore plerique non optinè sentiunt; mihi certè gratissima
fuit ejus libri lectio. Tilesii et Doni Philosophia est illa
quidem nova, et minimè aliorum, quorum extant monumen-
ta, vestigijs insistens, sed vereor, ut consistere possit, si à te
aut tui simili aliquo, si quis tamen est alius praeter te, re-
curatur ad examen omnia reuocentur. De mixtionibus,
quae adferunt, contra Arist. et Gal. ita me certè tenent,
ut, nisi tu me ab hac sententia abducas, in ea sim per-
mansurus. De duobus principijs aut potius principijs vel
Monachis aethere et terra, et calore et frigore; ita mihi
absurda omnia videntur, ut ad ea, quae consequuntur, mente
etiam tota cohorrescam. Tu de his omnibus queso, ne graue-
re mihi sententiam tuam aperire; repetam, si lubet,
veterem nostram scribendi consuetudinem, quam nescio quo
malo meo fato intermisimus. O quam multa jam didicissem!
si quid est vicissim, quod ego tua causa prestare possum
liberè impero. Scripsi ad Pastorium nostrum de docto ali-
quo Mathematico, rogo te, ut eum in eo inquirendo adiuues,
tibi in

tibi in omnibus Academijs noti sunt, ut puto, prostantes viri
 omnes. Vale feliciter, mejs, tui amantissimum redamo, et
 Collegas tuos Clariss. viros saluta. Bresla 26. Decembris
 1588. Exypti
 Ex. mo. et Cl. v. D. Nic. Taurello. Ex. v.
 Deditissimj et cupidissimj
 A. Dudith.

Andr. Dudithij Joh: Pratorio S. L.

991

D. Doctorem Donellum isthic esse valde gaudeo, scis ne sepe hor-
 tatum vos fuisse, ut eum evocaretis, spero fore, ut jam tandem ista
 vestra Academia efflorescat et frequentior fiat. Certe nulla pro-
 mania Academia prestantiores viros habet; sepe miratus
 sum, tam paucos isthuc studiosos convenire, quum in Acade-
 mijs plerasy, que vestra isti non videntur hac in parte an-
 teferenda, confertim confluant. Non auspicio fortasse posita
 prima aedificij istij fundamenta, hoc tu prestare deberes,
 qui non monuisti ex Astrologia, quo maxime tempore pri-
 mi lapis poni debuit. Sed desino nugari. D. Donello, D. Taurello,
 D. Scherbio et alijs omnibus plurimam ex me salutem. Gaudeo
 tibi cum Dn. Scherbio tantam esse amicitiam; invideo vobis
 mutuam istam consuetudinem. Nonne D. Taurelly etiam in
 Amicis vestris est, et D. Gipharij et reliqui? an isthic quoq;
 emulationes et similitates sunt aliquae, quibus animi vestri
 distinguuntur. p. Bresla 27. Sept. 1588.

Excellentissime et Clarissime Domine, et amice
 Honorande et Clarissime. S. L.

1001

Non oblivione factum e, non abalienatione ulla, (qua certe in
 amicitiam nostram sicut fundamento nequam cadere nullo pacto
 possunt) sed mera negligentia, et quam ingravescens jam aetas se-
 cum adducit, praegravit; quod a tanto intervallo nihil ad te liberum
 dederim. Ignare quibus idq; eo factis, quod tu quoq; a abes a culpa, si
 ego ad verbum serentium reprehenderes videor. Atq; id quidem magis,
 quod plus tibi fuit obij in ista tua, privata vita, quam mihi, in
 perpetuis.